

Principles of the edition:

Since there is only one manuscript (Praha, Národní knihovna České republiky, IV.E.6), I have tried to produce as faithful a transcription as possible. When absolutely necessary, I have emended the text, using the *Rhetorica ad Herennium* IV:19-46 as a guide. The notes contain all variants, including orthographical mistakes.

Please do not hesitate to contact me (william.duba) at my email address (AT unifr.ch) if you have any suggested corrections or improvements.

William Duba

Last Modified: 19 July 2010

Editorial Conventions

in text

*	Uncertain reading
(!)	Certain absurd reading
<...>	Editorial insertion
[...]	Editorial expunction
[227v]	Change of folio
[IV:45]	Reference to parallel <i>Ad Herennium</i> text
<u>underscore</u>	Text without an <i>Ad Herennium</i> parallel

in apparatus

]	lemma separator
a.c.	ante correctionem
add.	addidit
cod.	codex (=the manuscript gives this reading)
del.	delevit
exp.	expunxit
iter.	iteravit

<Petrus Aureoli>
<*Exornaciones verborum*>

[224v]

5 Exornaciones verborum quas ponit Tullius primo
Rethorice extracte a Magistro Pe. Aureoli.

[IV:19] Prima. Repetitio, et est cum una et eadem
dictio ponitur in principio plurium clausularum se
habencium consequenter.

10 Exemplum: “Scipio Numancia subtilit. Scipio
Cartaginem delevit. Scipio Pacem reperit. Cipio
civitatem servavit.”

Secunda. Conversio, et est quando econverso eadem
videlicet dictio ponitur in fine plurium clausularum se
habencium consequenter.

15 Exemplum: “Scipio homo preexcelsus erat, ingeniosus
doctus erat, viris studiosis amicus erat, in ci<vi>tate
primus erat.”

[IV:20] Tercia. Complexio et est quando complectitur
utrumque predictorum colorum, quia eadem dictio
ponitur in fine et in principio plurium clausularum.

20 Exemplum: “Quem senatus dampnavit, quem populus
Romanus dampnavit, quem omnium existimacio recta
dampnavit, eum vos sentenciis nostris absolvitis?”

Quarta. Traductio, et fit duobus modis: uno quando
25 eadem dictio et pro eodem signato ponitur crebro et
frequenter, sed apte et decenter ponitur in una
oratio[225r]ne.

- Exemplum: “Cur hominem appellas, qui, si fuisset homo, numquam tam crudeliter hominem hominem hominis vitam petisset?”
 30 Aliud exemplum: “Qui nichil habet in vita iocundius vita, hic cum virtute non potest vitam colere?”
 Alio modo sit cum eadem vox ponitur, sed pro alio signato in eadem oratione frequenter. Exemplum: “Cur illam rem ita studio se curas, qui tibi multas dabit curas?”
 35 Aliud exemplum: “Amari valde iocundum est, si curetur ne quid insit amari.”
- Quinta. Contentio, et est cum in eadem clausula vocabula contrarium signancia copulantur.
 40 Exemplum: “Te inimicum placabilem amicum implacabilem te prebes.” “In te frigidissima cales, in calidissima friges; tacere cum opus est, clamas; cum loqui convenit, obmutescis.”
 45 Hoc omnino conficitur et componitur ex contrariis.
- [IV:22] Sexta. Exclamatio, et est cum dolor vel indignacio vel hominis vel loci vel urbis vel rei cuiuslibet significatur ipsa, invocando, applicando et alloquendo.
- 50 Exemplum: “Te nunc alloquar, Africane, cuius quamvis mortui nomen splendori ac decori est civitati tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.”
 Hac raro utendum est, et cum rei magnitudo hoc
 55 exigit. Eodem colore potest uti ad exprimendum leticiam.

- Septima. Interrogatio, tunc est gravis et decora et color adornans quando multa enumerata sunt prius que sit interrogatio; unde precedentia confirmantur.
- 60 Exemplum, post multa, si sic dicatur: “cum hec omnia dices, faceres, administrares, utrum animos sociorum ab re ab alienabas, an non?”
Et exemplum in epistola ad Romanos frequenter.
- [IV:23] Octava. Ratiocinatio fit quando in oratione
65 frequenter a nobisipsis rationem petimus et explanacionem, et ipsam reddimus ex hoc crebro.
Exemplum: “Maiores nostri si qui unius peccati mulierem dampnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum convicta putabant. Quo pacto? Quia
70 necesse est eam que suum corpus adduxerit turpisime cupiditati timere multos. Quos istos? Virum, parentes, ceteros, ad quos videlicet sui de decoris infa*m*iam pertinere. Quid postea? Quos tanto opere timet eos necesse est ut beneficio petat,
75 quoniam quamquam impudicam indistarant eam veneficam dampnatam existimabunt. Quid ita? Quia necesse est ut supra.”
- [IV:24] Hec exornatio accentum animum auditoris cum magna venustate sermonis.
- 80 Nona. Sentencia est oratio quae quid sit in vita aut quid esse oporteat breviter ostendit.
Exemplum: “Liber existimandus est qui nulli turpitudini servit.”

85 Sentenciarum quedam sunt simples, et iste laudande sunt; quedam sunt cum rationis subiectione, et iste pulchiores.

90 Exemplum: “Qui fortuni[i]s alicuius inducti amiciciam eius secuti sunt huic cum fortuna [225v] dilapsa est, evolant omnes. Cum enim recessit ea res que fuit amicicie causa nichil superest quare possint in amicicia retineri.”

Item sunt quedam sentencie duplices.

95 Exemplum: “erant qui in prosperis rebus omnes impetus fortune se putant fugisse; sapienter cogitant qui secundis temporibus casus adversos formidant.”

Hoc color raro utendum est.

Decima. Contrarium est cum ex re contraria oppositum facilius confirmantur.

100 Exemplum: “Qui suis facinoribus inimicus fuerit semper, quomodo alienis rebus amicum fore speres, eum quem inimicicia perfidiosum cognoveris, quomodo putas inimiciciam cum fide habere posse?”

105 [IV:26] Undecima. Membrum est oratio duas vel tres vel plures clausulas continens sibi invicem complexas et colligatas et mutuo dependentes et quelibet clausula potest dici membrum.

Exemplum: “Et inimico proderas et amicum ledebas et cum ipsa non consulebas.”

110 Articulus est oratio in qua singula verba intervallis singulis distinguntur.

Exemplum: “Acrimonia, voce, vultu, inimicos pertimuisti”; “inimicos, invidia, iniuriis, potencia subtulisti.”

115 [IV:27] Continuacio est depressa et continua frequentacio verborum.

Exemplum in sententia: “Ei non potuit multum obesse fortuna, qui sibi firmus in virtute quacumque in casu presidium collocaret.”

120 Exemplum in contrario: “Siquis spei non multum collocavit in casu, quid est quod ei casus magno opere obesse possit?”

125 Exemplum in conclusione: “Quod si in eos fortuna plurimum potest, qui suas rationes omnes tulerunt in casibus, igitur non sunt omnia commitenda fortune ne magnam in nobis habeat dominacionem.”

Compar est oratio continens in se membra que constant ex pari fere numero sillabarum.

130 Exemplum: “In prelio pater mortem appetebat, domi filius nupcias comparabat: hec omnia graves casus administrabant.”

[IV:28] In hoc colore potest fieri ut non sit par numerus sillabarum et tamen esse videatur.

135 Similiter cadens color rhetoricus appellatur, cum in eadem oratione due aut plures dictiones ponuntur que eisdem casibus terminantur.

Exemplum: “Hominem laudas egentem verentem habundancie felicitatum, cui impecunia omnis spes

est, a sapientia est animus remotus.” “Dilegencia comparat divicias, negligencia animum corrumpit.”

- 140 Similiter desinentes vel consonantes, dato quod non sint eiusdem casus.

Exemplum: “Turpiter audes facere, nequit studens dicere; nimis invidiose, delinquis studiose, loquens odiose.”

- 145 Iste [226r] color cum precedenti permixtus pulcherrime sonat.

Exemplum: “perdicissima res est amorem petere et pudorem fugare, diligere formam et negligere famam.”

Hoc sepe utitur Gregorius et Bonaventura.

- 150 [IV:29] Anominatio est quando ad ea[n]dem facta aliqua variacione redditur; variacio autem ista potest fieri dupliciter: uno modo quod relinquat maiorem similitudinem; alio modo econverso. Si primo, taliter scilicet dictiones varie<n>tur quod appareat maior similitudo quam dissimilitudo, sic duobus¹ modis, quia aut fit variacio casuum in eadem dictione.

Exemplum: “Alexander Macedo summo studio ad virtutem animum a puericia confirmavit. Alexandri virtutes per orbem terre cum laude et gloria vulgate.

- 155 160 Alexandrum omnes maxime metuebant, idem quia plurimum dilexerunt Alexandro, si vita data fuisset longior, oceanum transvolasset.”

¹ sic duobus *iter.*

- Antevariacio litterarum et sillabarum in ipsa dictione sit quod potest fieri sex modis.
- 165 Primo accentum variando. Exemplum: “Et si videatur citio honoris cupidus, non tamen tantum curiam diligit quantum Curiam?”
 Secundo, litteram aliquam² commutando. Exemplum: “Oportet diligere³ quem velis diligere.”
- 170 Tertio, litteras secundum alium ordinem transferendo: “Nolo esse laudatur ne videat adulator.”
 Item: “Ignoro utrum homini ignavo aut vano credere malum.”
 Quarto, minuendo aliquam vel aliquas litteras.
- 175 Exemplum: “Se lenones vitasset tamquam leones⁴ vite se tradisset.”
 Quinto, addendo litteram vel litteras. Exemplum: “Hic sibi posset temperare nisi amori vellet obtemperare.
 Sexto, eandem litteram attenuando et complectendo
 180 sive in via dictione litteram eandem magis tenue vel complexius proferendo. Exemplum: “Hic homicida, quos homines al<e>a vincit, eos statim ferro vincit.”
 [IV:30] Si autem fiat annominatio quod magis appareat dissimilitudo, hoc potest fieri dupliciter, quia aut litteram consimilitudine aliquali in duabus dictionibus. Exemplum: “Quid veniam, quis sui, quem postulem, cur veniam tui pro sua, agnosceris in brevi.”
 Item, exemplum: “Demus operam, operantes ne omnino Paulus et Scipio circumscripti putentur.”

² aliuqam]al *add. sed del.*

³ diligere]diligere *cod.*

⁴ leones]leenes *cod.*

190 Aut⁵ potest fieri annominacio per plura nomina casibus commutatis. Exemplum: "Saturnum fide captum maiorum natu perfidi per scelus vita privavit." "O Druse sanguis domesticos parietes et multum parentum aspersit. [226v] Scipio, tibi paulo ante omnia concedebant, eum brevi spacio non modo vivere, sed etiam sepelire prohibuerunt."

195
200 [IV:32] Nota quod isti tres colores – similiter cadens, similiter desinens et annominacio – raro sunt assumendi. Cuius ratio est quia, cum non possint sine labore magno et studio repperiri, qui illis multum utuntur videntur curiositati et delectacioni plusquam veritati studuisse, et evidenter arguunt sic loquentem prius preordinasse et cogitasse.

205 [IV:33] Subiectio est quando id quod possit nobis obieci a nobis ipsis interrogamus et statim subicimus responcionem.

210 Exemplum: "Quero a vobis, o iudices, unde iste tam pecuniosus sit factus. Amplum matrimonium sibi relictum est? Ac patris bona ven*< i >*erunt? Hereditas aliqua obvenit? Non potest dici, sed etiam ex necessariis omnibus exhereditatus est. Quid igitur? Aliquod premium ex lite quando iudicio cepit? Non modo id non fecit, sed insuper grandi sponsione victus⁶ est. Igitur, si hiis rationibus locupletum, pecunias acceperit."

⁵ aut]ante cod.

⁶ victus]uñtus cod.

[IV:34] Gradacio est quando in oratione ad sequens verbum descenditur, resumptione prioris.

Exemplum: “Affricano industria virtutem, virtus gloria, gloria emulos comparavit.”

220 [IV:35] Diffinicio fit color rethoricus quando ad aliquid probandum aliquid diffinitur ex cuius diffinitione esse vel non esse probatur.

Exemplum: “Quod tu fecisti fortitudo non⁷ fuit, sed temeritas, propterea quia fortitudo est contempcio laboris et periculi cum ratione utilitatis et compensacione commodorum; temeritas autem est inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum suscepcio.”

230 Transicio est cum ostenditur breviter quid⁸ dictum est et proponitur quid⁹ sequatur.

Exemplum: “Mea beneficia in istum cognoscitis; nunc quomodo gratiam contulit, considerate.”

[IV:36] Correpcio est quando precedens verbum corrigitur ut magis ydoneum et congruum apponatur.

235 Exemplum: “Virtutis comes invidia, que sequeris bonos plerumque, ymo adeo insectaris.”

[IV:37] Occupacio est quando aliquis¹⁰ dicit se preterire aut non scire aut nolle dicere id quod tamen dicit.

⁷ non]fecit add. sed exp.

⁸ quid]quod cod.

⁹ quid]quod cod.

240 Exemplum: “De puericia quidem tua quantum omnium in tempore nature adduxisti, dicerem, si hoc tempus ydoneum putarem: nunc consulte relinqu; et illud pretero quod civitates, regna, domos depopulatus es futura; rapinas omnes tuas omitto –
 245 horum nichil dico revertor¹¹ ad illud de quo iudicium est.”

Disiunctio cum qualibet clausula orationis unius certo verbo concluditur.

Exemplum: “Romanus populus Numanciam delevit,
 250 Car[227r]taginem substulit, Corintin deiecit, Flagellas evertit. Nichil Numantinis vires corporis auxiliare sunt, nichil Carthanensibus scientia rei militaris adiumento fuit, nichil Chorinthis rennegit(!) calliditas presidii tulit, nichil Flagelianis morum in sermonis opitulata est.”

[IV:38] Coniunctio est quando duabus clausulis unum verbum respondit et due clausule in uno verbo connectuntur.

Exemplum: “Forme dignitas aut morbo aut venustate deflorescit.”

Adiunctio est cum clausula que verbo comprehenditur aut proponitur aut postponitur aliis clausulis.

Exemplum cum proponitur: “Deflorescit forme dignitas aut memoria aut ve<tustate>.”

¹⁰ aliquis]aliquid *cod.*

¹¹ revertor]revertar *cod.*

265 Exemplum cum preponitur ante “mo<rbo> aut vetustate¹² forme dignitas deflorescit.”

Coduplicacio est quando eiusdem clausule vel verbi fit reiteracio.

270 Exemplum de una in dictione vel verbo: “Tumultus Greci, Greci tumultus domesticos et intestinos tumultus comparat!”

Exemplum de una clausula tota: “Nunc enim audes venire in horum conspectum, proditor patrie? Proditor, inquam, patrie, audes venire in horum conspectum?”

275 Interpretacio est quando sic sententia reiteratur, quod tamen per alia verba.

Exemplum: “Rem publicam radicibus evertisti, civitatem funditus deiecisti.” “Patrem nepharie verberasti, parenti manus scelerate intulisti.”

280 [IV:39] Commutacio est quando due contrarie sententie econtrario copulatur ita quod posterior sit contraria priori.

Exemplum: “ea re poema non facio, quia, cuiusdam volo non possum; qualem possum nolo.”

285 Aliud exemplum: “Mirares que de Scipione dicuntur dici non possunt; que dici possunt non dicantur.”

Exemplum¹³ aliud: “poema loquens pictura est, pictura tacitum poema debet esse.”

¹² vetustate]ne cod.

¹³ autem add. sed exp.

290 Permissio est cum ostendimus nos inducendo totam rem tradere aut concedere voluntati alicuius.

Exemplum: “Quoniam omnibus rebus ereptis solum mihi superest corpus et anima, hec ipsa que mihi de multis relicta sunt nobis et vestre condono potestati.”

295 [IV:40] Dubitacio est quando in oratione dubitamus et querimus¹⁴ quid de duobus dicere valeamus.

Exemplum: “Obfuit eo tempore plurimum Romano populo consilium sive stulticia sive malicia sive hoc sive illud dicere [mis]sive utrumque.”

300 Expedicio est quando pluribus rationibus positis quibus aliqua res fieri potuit, tolluntur cetere et illa relinquitur quam intendimus.

305 Exemplum: “Necesse est, cum constet ipsum fundum nostrum fuisse,¹⁵ ostendas te aut vacuum possedisse, aut mo[227v]tuum fecisse, aut emisse, aut hereditati tibi venisse. Vacuum, cum ego adesse possidere non potuisti; tuum etiam ius fecisse non potes; empicio nulla profertur. Relinquitur igitur me vi de¹⁶ meo fundo eie<ce>ris.

310 [IV:41] Dissolucio est oratio continens multas clausulas sine coniunctione.

Exemplum: “Paci cognoscis, obse<que>re amicis obtempera legibus”, ”stude verum invenire.”

¹⁴ querimus]quetinus (!) cod.

¹⁵ emisse add sed del.

¹⁶ me vi de]meundum (!) cod.

- Precisio cum dictis quibusdam quod inchoatum est
relinquitur auditoribus supplendum.
- 315 Exemplum: “Mihi tecum contemptio digna est; ideo
quod populus Romanus me – nolo dicere, ne forte cui
arrogans videar: te autem sepe ignominia dignum
putavit.”
- Conclusio est quando ex hiis que dicta sunt necessario
320 concluditur quid sequatur.
Exemplum: “Quodsi Danais datum oraculum erat sine
Philothere agitis, hec autem nichil aliud fecerunt nisi
Alexandrum percusserunt, hunc extinguere, capi nunc
fuit Troiam.”
- 325 [IV:42] Nominacio est quando nomen imponimus alicui
rei cui vel nomen non est impositum vel, si est
impositum, non tamen nobis satis cognitum vel
ydoneum. Si sibi nomen ydoneum imponamus, [quod]
potest esse duobus modis: aut ymitando antiquiores,
330 Exemplum: “Maiores respondere et vagire et mulire et
murmurare et sibilare appellaverunt.”
Aut potest fieri causa significande alicuius rei,
Exemplum: “Postquam iste in rem publicam impetum
fecit, fragor civitatis in primis auditus est.”
- 335 Pronominacio est quando extraneo nomine appellamus
quod nomine proprio appellare possumus.
Exemplum: “Si quis de anniversario(!) suo loquatur et
dicat ‘videte nunc, o iudices, iste Plagiogippus ista
tractaverit!’.”

- 340 [IV:43] Denominacio est quando ex aliquibus proprietatibus effectibus vel rebus affinibus rem appellamus.
 Exemplum: si vocemus ‘Tarpeium’ ‘Capitolinum’, vel ‘Liberum’ ‘vinum,’ quia utique Tarpeius Capitolinum adinvenit, et liber vinum adinvenit*.
- Circu<m>icio est quando res que uno simplici vocabulo exprimi posset pluribus circumscribitur.
 Exemplum: “Scipionis prudencia Carthaginis opes fregit.”
- 350 Nam nisi esset maior ornatus, Scipio potuit simpliciter dici et Ca<r>thago.
- [IV:44] Transgressio est quando ordo verborum perturbatur, quod potest fieri duobus modis, quia aut ordinem pervertendo ponendo prius quod debet esse posterius.
 355 Exemplum: “Hoc nobis deos non mortales arbitror deditisse pro nostra.”
 Aut potest fieri transgressio sive interposicione inter adiectivum et suum subiectum. [228r]
- 360 Exemplum: “Instabilis in istum plurimum fortuna valuit.”
 Huiusmodi interpositio que rem non reddit obscuram multum prodest, si tamen in ea sit poeticus numerus.
- 365 Superlacio est oratio superans veritatem, que potest fieri dupliciter, quia aut separatim sive comparacione.

- Exemplum: “Si concordiam in civitate tenebimus, imperii magnitudinem solis ortu atque¹⁷ occasu metiemur.”
- 370 Aut potest fieri cum comparacione ad aliud, exemplum: “Corpus niveum candorem, aspectu igneum ardorem sequebatur.”
- Vel per presenciam, exemplum: “Ex cuius ore sermo melle dulcior profluebat.” “Tantus¹⁸ erat in armis splendor ut solis fulgor obscurior videretur.”
- 375 Intellectio est quando dicitur unum et aliud datur intelligi, quod contingit pluribus modis, quia aliquando ponitur pars et datur intelligi totum.
- Exemplum: “Te ille tybie nupciales eius matrimonii ammonebant?”
- 380 Aliquando ponitur totum, et datur intelligi pars. Exemplum: ut si quis alicui ad pulchrum iocale ostendat, ille dicat “Ostendas mihi divicias et pulcras ac locupletes divicias iactas.”
- 385 [IV:45] Aliquando ex uno plura dantur intelligi, aliquando ex pluribus unum.
- Abusio est quando pro verbo noto et pulchro proprio ponitur propinquum verbum et simile, licet improprium et abusivum.
- 390 Exemplum: si quis¹⁹ dicat “vires hominis breves sunt staturam.”

¹⁷ atque]adque *a.c.*

¹⁸ tantus]tam *cor cod.*

¹⁹ quis]quid *cod.*

Unde ibi est color qui vocatur abusio in “Dedit tibi Dominus panem artum et aquam brevem.”²⁰

Translacio est cum verbum ex aliqua re ad rem aliam transfertur ratione similitudinis, ratione cuius recte ac proprie possit transferri translacione aut uti possumus, vel causa ponendi rem ante oculos.

395 Exemplum: “Hic Ytaliam tumultus expergefecit terrore subito”

Vel potest quis ea uti causa brevitatis. Exemplum: “Recens adventus exercitus extinxit subito civitatem.”

400 Vel causa obtenuitatis(!). Exemplum: “Cuius mater cotidianis nupciis delectatur.”

Vel causa augendi. Exemplum: “O altitudo diviciarum sapientie et scientie Dei!”²¹

405 Vel causa minuendi. Exemplum: “Magno se predicat auxilio fuisse qui parvum in rebus difficillimis aspiravit.”

Vel causa ornandi. Exemplum: “Aliquando vires romani populi que milicia nocencium exaruerunt virtute optimat*<um>* revirescunt.”

[IV:46] Permutacio est oratio aliud verbum aliud sententia proferens, quod contigit fieri tribus:

Aut per similitudinem. Exemplum: “Cum funguntur officiis lutorum cui nam presidio peculiaria credemus?”

²⁰ Is. 30:20: et dabit vobis Dominus panem artum et aquam brevem et faciet avolare a te ultra doctorem tuum et erunt oculi tui videntes praceptorum tuum.

²¹ Ro. 11:33 O altitudo diviciarum sapientiae et scientiae Dei!

- 415 Aut per contrarium: “Si quis hominem luxuriosum et
prodigum parcum et diligentem appellerat illudendo.”
Aut fit per argumentum ad personam vel loco, ut
[228v] si causa similitudinis hunc Accillem vel
Agacmoth appellemur, vel illusive intemperatum et
420 impudicum compositum nuncupemus.
Explicit.